

Beilagen

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **Appendix**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **3 (1909)**

PDF erstellt am: **30.06.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

worangingen, bis die Aufnahme in die liturgischen Bücher der einzelnen Diözesen nachfolgen konnte. Tatsächlich erfolgte die früheste Aufnahme nach der Zusammenstellung bei Seitz im letzten Dezennium des XV. Jahrhunderts; sie mangelte selbst zur Zeit des Tridentinums noch in einzelnen Diözesanmissalien¹. Hiefür direkt durch seine Stiftungen in St. Gallen und indirekt durch die von ihm erlangten kirchlichen Bestätigungen mitgewirkt zu haben, werden wir Johannes Knüßli, dem st. gallischen Josephsverehrer zu Ende des XV. Jahrhunderts, freudig zuerkennen dürfen.



Beilagen.

I.

Papst Sixtus IV. erteilt auf die Bitte des Priesters Johannes Knüßli die Erlaubnis, dass im Frühamte zu Ehren der allerseligsten Jungfrau in St. Gallen eine Kollekte vom heiligen Joseph beigelegt werden dürfe.

Rom, 1482, September 19.

Sixtus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. / Apostolice sedis providentia votis illis gratum prestat assensum, que ad piam devotionem fidelium et persertim erga prefatam sedem devotorum pura mente tendere dinoscuntur. / Sane pro parte dilecti filij *Johannis Knüßli* presbyteris Constanciensis diocesis nobis nuper exhibita peticio continebat, quod postquam nos dudum dilecto filio *Udalrico* abbati monasterii sancti *Galli* de *Sanctogallo* ordinis sancti Benedicti prefate diocesis provincie Maguntinensis Romane ecclesie immediate subiecti, ut de suis et nonnullorum aliorum christifidelium bonis quolibet die in aurora in ecclesia eiusdem monasterii unam missam solemnem in honorem dei genitricis virginis Marie, ad quam specialem gerebat devotionis affectum, et in illa unam collectam in commemorationem sancti Joachim et sancte Anne parentum ipsius virginis decantari facere posset, per alias nostras litteras concesseramus,

¹ Seitz, S. 216—225.

prefatus Johannes pia devotione ductus unam portionem clericalem, ut melius cum dei honore dicta missa decantari celebrari valeret, de bonis sibi adeo collatis liberaliter in dicta ecclesia deputavit et assignavit, et nunc simili devotione ductus optat magnopere, quod in eadem missa una alia collecta per dictum abbatem ordinanda in commemorationem *beati Joseph* ipsius virginis sincera puritate viri recitaretur etiam in cantu. Quare pro parte dicti Johannis nobis fuit humiliter supplicatum, ut huic pro suo desiderio annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Johannis in hac parte supplicationibus inclinati abbati prefato, quod collectam huiusmodi provide et devote ordinare necnon sacerdoti missam predictam pro tempore celebranti, quod perpetuis futuris temporibus collectam ordinandam predictam in commemorationem beati Joseph prelibati post alias collectas ab ecclesia ordinatas in loco suo debito dicere et decantare possint et valeant auctoritate apostolica tenore presentium licentiam elargimur, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii et ordinis predictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre elargitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum *Rome* apud Sanctumpetrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, terciodecimo kalendas Octobris, pontificatus nostri anno duodecimo.

II.

Die Kollekten zu Ehren des heiligen Joseph, welche Knüssli im Archive hinterlegte.

De sancto Joseph collecta singulis dominicis diebus recipienda :

1. Oratio : Deus, qui beato Joseph unigeniti filii tui et eiusdem genitricis curam hic in terris committere voluisti, quesumus ut et sibi pro nobis curam digneris committere. Per....

2. Secreta. Sancti Joseph, in cuius domo virgo mater et deus homo hic in terris habitavit, qui et temporalem filii tui infanciam educavit, pia nos tibi domine commendet oratio, ut quod nostris actibus non meremur, suis meritis et precibus assequamur.

3. Complenda. Maiestatem tuam domine deprecamur, ut omnes, qui sanctum Joseph amore sue coniugis Marie venerantur, amborum meritis et precibus contra omnia adversa muniantur.

Secundis et tercijs ferijs sequens collecta.

4. Oratio. Meritis sancti Joseph nostra misericors deus consoletur fragilitas, qui ob matris virginis custodiam : noli timere accipere Mariam coniugem tuam, dignus fuit audire.

5. Secreta. Deus, qui beatum Joseph speciali privilegio ad hoc elegisti, ut filio tuo in sua infancia sueque matri in omnibus necessitatibus corporalibus fidele impenderet obsequium, presta quesumus, ut eius meritis in omnibus necessitatibus nostris adiuvemur.

6. Complenda. Deus, qui sanctum Joseph tante prerogative dignitate coronasti, ut sponsus tue matris esse mereretur, da ut ob grata eius ministeria misericordiam tuam consequamur.

Quartis et quintis ferijs sequens collecta :

7. Mentis nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra, ut beato Joseph patre filij tui putativo pro nobis intercedente videre possimus, que agenda sunt et, que recta sunt, agere valeamus.

8. Secreta. O domine Jehsu Christe, qui in assumpta nostre mortalitatis natura filius sancti Joseph reputari et nominari dignatus es sibi que obediens velut parenti vero in omnibus honorem detulisti, per ipsius preces et merita gratiam tuam in presenti et gloriam in futuro consequamur. Qui cum patre....

9. Complenda. Deus, qui sanctum Joseph in virginalem coniugem tue matris elegisti, presta quesumus, ut omnes, qui ipsum cum sua sponsa venerantur, amborum intercessione a iehenne incendijs liberentur. Qui cum patre....

Sextis ferijs et sabbatinis diebus sequens collecta :

10. Deus, qui beatum Joseph in verum coniugem tue matris copulari voluisti, ambobus pro nobis intercedentibus a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui cum...

11. Secreta. O domine Jehsu Christe, quid sancto Joseph iam in celis denegare poteris, quem hic in terris ita dilexisti, ut ipsum in nutricium tuum matrisque tue coniugem eligeres, teque in Egyptum ducere et inde reducere meruit, eius meritis nos facias tuis sacris altaribus eciam digne deservire. Qui cum....

12. Complenda. Deus, qui sanctum Joseph in celi gaudijs coronasti, concede propicius, ut omnes qui ipsum tuum nutricium matrisque tue virginalem sponsum fatentur, ipsius precibus a morte eterna liberentur. Qui cum....

Stiftsarchiv St. Gallen, E 3 — A 14. Pergament-Original in schöner, gothischer Bücherschrift. Die gleichen Pergamentblätter enthalten die 12 Kollekten de s. Joachim et Anna.

